pi. ho. Medicus. xpistus. ut quilibet doctor. In salomone: Mansuetus
uir: medicus est cordis. Et item. Non egent qui sani sunt medico. Diues.
xpistus. ut est illud. Diues in omnes qui inuocant illum. Item fideles quoque di
uites sunt in operibus bonis. facile tribuunt. Item in mala parte. Ve
uobis diuitibus. quia habetis consolationem uestram. Pauper. xpistus. ut ait
apostolus. Xpistus egenus pro nobis factus est. Item pauperes domini: corde humiles.
ut beati pauperes spiritu. Item in mala parte. Pauperes facti sumus ni
mis. Vestis. est fides baptismi uel iusticie indumentum. Apostolus. Omnes qui
cumque in xpisto baptizati estis: xpistum induistis. Nudus est qui bonis operibus
non est preditus. Neque in apocalypsi iohannes. Nescis quia tu es miser et cecus et
pauper et nudus. Et in bona parte. Et reiecta sindone: nudus profu
git ab eis. Viui. iusti. ut in psalmo. Placebo domino in regione uiuorum. Et in
alteram partem: Laudaui mortuos. quam uiuentes. Mortui. pecca
tores. uel infideles. In euangelio. Sine mortuos sepelire mortuos
suos. Et in bona parte. Mortui enim estis. et uita uestra abscondita est cum xpisto.
in deo. Et alibi. Beati mortui. qui in domino moriuntur. Cadauer: a cadendo dicitur.
Et xpistus in morte corpus sponte cecidit. sed resurgendo et ascendendo.
a dextris dei sedet. Vnde scriptum est de fidelibus eius. Vbicumque fuerit corpus.
illuc congregabuntur aquile. Item in mala parte. Posuerunt cadauera seruorum tuorum
escas uolatilibus celi. Sepulchrum. corpus peccatoris. mortuum uitiis. ut dominus in
euangelio. Ve uobis pharisei. qui similes estis sepulchris dealbatis. Con
tra dicit propheta de sepulchro domini. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Stola.
indumentum baptismi. uel fidei. In euangelio. Cito proferte stolam primam. Al
be uestes. semper leticiam. nigre. designant mesticiam. In euangelio. Vi
dit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. Cilicium. penitentie indumentum. In
euangelio. Olim in cilicio et cinere. penitentiam egissent. Cingulum est
spiritalis restrictionis operatio. bona. cordis mundiciam. memoriam.
uel castitatis designat custodiam. Hinc in apocalypsi. Precincti ad
mamillas zonis aureis. Calciamentum. incarnatio domini. ut in euangelio.
459 Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Panis. xpistus. qui dixit. Ego sum panis ui.
Et alibi. Mittamus lignum in panem eius. Item panis. dilectionem significat.
quia sicut ille principalis est cibus. ita ut sine illo mensa inops esse uideatur.
ita hec principalis uirtus est. ut sine ipsa omnis uirtus extet uidua.
Item panis. aliquando bona designat doctrinam. sepe et mala. ut in sa

License: CC-BY-NC – Engelberg, Stiftsbibliothek, Cod. 49, f. f.%20100v – Sancti Hieronymi Hebraicarum Quaestiones (http://www.e-codices.ch/en/bke/0049/f.%20100v)